



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, 1657

A.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

A.

BVLLA COENÆ DOMINI,

concernentia

Præcipuos casus summo Pontifici reservatos, à quibus

Parochi ordinarie neminem absolvere possunt.

1. **E**xcommunicatio scilicet in hæreticos, eorum fautores, libros legentes, & schismaticos, qui ab obedientia summi Pontificis recedunt.
2. In appellantes à Papa ad futurum Concilium, corumque fautores.
3. In Piratas, eorum réceptores & fautores.
4. In rapientes naufragiorum Christianorum bona, aut scienter ab aliis raptâ accipientes.
5. In imponentes nova Pedagia, & gabellas, vel eas augentes.
6. In falsificantes litteras Apostolicas, aut supplicationes a quounque autoritatem habente, signatas, aut falso fabricantes litteras Apostolicas.
7. In deferentes arma, & alia belli usui apta, ad Turcas, & Reipublicæ Christianæ statum concernentia in damnum Christianorum nuntiantes.
8. In impeditentes eos, qui victualia & alia necessaria Romanam deferunt.
9. Ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recessentes, sùa aut aliorum operâ lèdentes, & sine jurisdictione vexantes in curia commorantes.
10. In eos, qui ex proposito Romipetas offendunt.
11. In offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Prælatos.
12. In eos, qui ad Romanam Curiam recurrentes offendunt, aut executionem litterarum Apostolicarum impediunt, vel ad gratiam impetrandas accedentes prohibent.
13. Appellantes, à gravamine vel futura executione litterarum Apostolicarum, ad Laicanam potestatem.
14. In executionem litterarum Apostolica-
- rum, aut aliarum expeditionum impeditentes, & prohibentes, ad gratias impetrandas, accedentes.
15. In eos Iudices séculares, qui Ecclesiasticas personas, ad sua tribunalia trahunt; quique Ecclesiasticam libertatem tollunt, vel in aliquo lèdunt.
16. In impeditentes Prælatos, ut sua jurisdictione utantur, quique, illorum vel delegatorum Iudicia eludentes, ad Curiam sécularem recurunt.
17. In usurpantes Sedis Apostolicæ, & quarumcunque Ecclesiæ jurisdictiones, vel etiam fructus sequestrantes.
18. In imponentes decimas, & onera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus.
19. Contra judices séculares, in causis capitalibus seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas, se interponentes.
20. In occupantes loca, & terras Ecclesiæ Romanæ, & in illis supremam jurisdictionem usurpantes.
21. Reservatio absolutionis Romani Pontificis.
22. Contra absolventes in supradictis casibus.
23. Absolutio Romani Pontificis, etiam solemnis, quos non comprehendat.
24. Quod non obstant Privilegia, aut quævis Apostolica indulta, quo minus quis in hoc processu includatur.
25. Quod appensio processus in valvis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, aut Basilicæ Principis Apostolorum, ignoratiæ aut excusationis locum non relinquant.
26. Quod Confessarii harum litterarum transsumptum habeant.

C A-